vel ornaret, vel defenderet, sed ut populi non unius opes vel in domum unam con-
rendas inferret, vel una in domo dissiparet. Atq; hunc quidem in modum quum
lege pervolaret omnia, Parlamentum, quod unicam sciebat sibi freno fore, aut fui
abolere, aut convocatum haud sæpius, sibi sol: reddere obnoxium conabatur. Freno si
detracto, frenum populo injiciebat. Germanos namq; equites, pedites Hibernos per ur-
bes, perq; oppida quasi in præsidiis, quum bellum esset nullum, collocandos curabat. Ja-
rumne vobis, Auditores, adhuc tyrannus videtur Carolus? Audite plura de hoc ty-
rannidis genere exercitia. Accedit enim superioribus, quod Carolus Stuartus Sena-
è Repub. sublaturum persæpe minatus fuerit. Ne dicam, quod, conscientiis religio-
sorum dominum supra modum gravis, ad ceremonias quasdam et superstitiosos cu-
quos è medio papismo in ecclesiam reduxerat, omnes adegerit, renuentes aut exi-
aut carcere multaverit, Scotos ob eandem causam bis bello adortus. Huiusq; ita
nomen tyranni commeruisse Carolum, quis non videt? Positis vero iisdem, a-
liisq;, quæ silentii conopæo involvere, quam immensa solis exponere malui, tyran-
cis exercitiis ob oculos, candidè mihi, Antagonista, dicito, qua tandem mente ea o-
mnia diutius toleranda fuisse putes: præprimis quum certum sit priscos illos liber-
tatis vindices, si talia experti fuissent, una manu illicò istam superbiam ac cru-
delitatem exstirpaturos fuisse? Et qui aliter facere potuissent? Certè enim nisi gan-
grenæ huic idonea maturè applicuissent remedia, serpsisset, nec prius cessasset,
donec totum illud, quod semel invasisset, corrupisset. Illi scil: malo huic non aliter
resistere potuissent, quam tyrannum suum trucidando, eo quod immedicabile vulnus

Ense recidendum, ne pars sincera trahatur.

Sic ergo, quum tyrannum, non Regem occiderunt Angli, non parricidium ipsi, sed
justum et legitimum commisisse tyrannicidium putandi sunt, indeq; nec ipsi parrici-
dæ, tyrannicidæ sunt appellandi. Tyrannicidium quippe illud ipsum factum est, per
è medio tyrannus cruenta cæde tollitur, tyrannicidium quasi tyranni cædes, co-
modè dictum. Sed recto quod dicitur pede in Orationis meæ cursu ad alterum
argumentum progredior à justo et æquo rem demonstraturus. Neminem autem in
hac eruditorum panegyri adfore spero, qui negare ausit, Regicidium Anglicam non

justum